Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Dampna ꝑ illius nulla ratione remittet
Mitis erit redimi si patiatur ea
Dumo soluendus fuit cistricius ordo
Nil sibi de toto deperisse potest
Aut decimas soluant aut brachijs lege ꝑhenni
Quamuis inuiti posteriora tegent
Claustra nec exibunt ꝑdent monalia passu
Aut tria marcarum milia plena dabunt
Sortem cum pena soluent tria milia plena
Et nisi sustinent solue mille dabunt
Sed quid erit de me que iam vindicta seqt
Qualiter vlcistar sic laceratus ego
Papa quidem statuet ne quis de fratribus extra
Septa sui claustri quolibet ire qat
Cum siquis fuit lege transgressus eorum
Hec tria ꝑpetuo iure sequentur eum
Nunquam vina bibat nec cruda legumina gustat
Sitque grauis culpa pena ꝑhennis ei
Hoc de iure poli faciet mihi ꝑpter libenter
Sed de iure fori quod genus omne meum
Istud erit quod ego faciam statuisse ꝑ orbem
Si fuerit tanto tempore vita comes
Istos conuersos quos ꝑuersos magis esse
Constat et ex factis nomina certa trahant
Ecclesie ꝑtam quisquis conspexerit extra
Mox oculos dextros aufferat atque pedes
Et nisi campana collo dependeat vna
Mentula tollatur quodque coheret ei
Dentur ei brace vinum tollatur in eum
Dampnetur que caro piscis et oua simul

183